

fermos de aquella clase, del cual no podrá salir sin previa autorización del mismo tribunal. — En otro caso será entregado á su familia bajo la fianza de custodia, y no prestándola se observará lo dispuesto en el párrafo anterior.»

(c) Conforme al art. 16 del Código penal «son responsables civilmente por los hechos que ejecuten los locos ó dementes; las personas que los tengan bajo su guarda legal. — No habiendo guardador legal, responderá con sus bienes el mismo loco ó demente, salvo el beneficio de competencia en la forma que establece el Código civil.»

LEX IX.—Impubes non potest de luxuria accusari, quia non præsumitur eum posse facere, et si fecit, ignorat quid agit; de aliis autem criminibus potest accusari major decem annis cum dimidio, sed non ita graviter in corpore, aut in bonis sicut major punitur: minor autem dicta ætatis, aut stultus, seu furiosus de commissis furore durante, non possunt accusari; sed non sunt sine culpa consanguinei, qui eos servari non faciunt. Hoc dicit.

(1) *En razon de luxuria.* Concordat l. si minor. D. ad leg. Jul. de adult. et cap. 1. de delict. puerorum, et quod hic dicit de masculino, intellige in fœmina minori duodecim annorum, ut in dictis iuribus.

(2) *Que lo podría cumplir.* Si ergo cessaret ista præsumptio, et in veritate ante 14. annos esset viri potens, puniretur, ut tenet Jacob. de Raven. relatus ab Alber. et Aug. in dict. l. si minor, vide Glos. de Raven. relatus ab Alber. et Aug. in dict. l. si minor, vide Glos. 20. quæst. 1. in summa, quæ refert B. Gregor. in Dialogo, referentem de quodam puero novenni, qui nutricem suam gravidavit; dicit tamen Cardin. Host. in dict. cap. 1. de delict. pueror. se aliquotiens legisse dialogum, et quod non meminisset legisse hoc exemplum; ego et librum illum legi, et non inveni: idem dicit ibi Joan. de Anania se perquisivisse, et fecisse perquiri, et quod non fuit inventum; unde miratur de dicto Glossæ; ibique refert B. Hieronymum in Epist. ad Vitalem Præbyterum, dicentem, quod Salomon, et Achaz in undecimo anno filios genuerunt; et quod deinde subid, quod audivit, et dicit se non mentiri, teste Domino, quod quædam muliercula, quæ expositum nutrit infantem, et nutricis officio fungeretur, cubaretque cum ea parvulus, qui usque ad decimum jam pervenit annum, accidit, ut (plusquam pudicitia patitur) semero ingurgitaverit, accensaque libidine obscenis motibus ad coitum duxit infantem; vide etiam ad prædicta per Salicetum, in l. impunitas, C. de pœnis. Sed certè ista lex Partitarum videtur obviare dictis Jacobi de Rave. Ang. et Alber. cum statim subdit: *E si por aventura acaesciese que lo cumpliesse, non auria entendimiento, etc. E porende non puede ser acusado, nin le deuen dar pena porende.* Nota ergo multum istam legem, et vide l. fin. tit. 1. 1. Part. quæ videtur contrariari huic; et fortè ex his verbis potest etiam inferri contra id, quod dicit Gloss. in dict. l. si minor, allegans, l. stuprum, D. eod. quod punitur de stupro minor 14. annorum, in quem stuprum committitur à viro potente, et Salicet, ita intelligens dictam glossam in dicta l. impunitas; videtur enim hæc lex in ratione, quam dat, innuere, quod non puniatur, sed durum videtur talem minorem stuprum patientem relinqui impunitum in delicto ita fœdissimo: non enim deberet relinqui impunitas, si doli capax esset, tamen non ita severè, ut in majori; vide l. 2. tit. 21. infra ead. Part. quæ videtur decidere, quod talis masculus minor non punitur; non tamen aperit, quid si esset dolo capax.

(3) *Acaesciese que lo cumpliesse.* Vide quæ dixi suprâ glos. proxima.

(4) *Otro yerro.* Adde dict. cap. 1. de delict. pueror. et l. impuberem, D. ad leg. Cornel. de fal. et l. impunitas, C. de pœnis, l. infans, D. ad leg. Cornel. de sicar. et l. impuberem, D. de furtis, ubi Angelus ponderat Glossam ibi, quod duo debeant tunc concurrere, scilicet, quod sit doli capax, et proximus pubertati. Hæc tamen lex Partitarum tantum exigit, quod sit major decem annorum cum dimidio; præsupponit enim, hujus ætatis puerum quoad ista delicta jam fortè doli capacem: omnia autem jura, quæ disponunt impubes doli capaces teneri de delicto, intelliguntur, quando delictum consistit in faciendo, ut in exemplis hac lege positis; secus si consistat in non faciendo, seu negligendo, tunc enim impubes simpliciter excusatur, ita Bart. post Din. in l. 1. §. impubes, D. ad Sillan. Salic. post Cyn. per illam legem in l. 1. C. de fals. monet.

(5) *Mayor de diez años, e medio.* In fœmina erit, si major sit novem annorum cum dimidio; et sic tempus post infantiam usque ad pubertatem in masculino et in fœmina dividitur per dimidium, ut hic

videt, et tradit Gloss. in l. pupillum, in princ. D. de regul. jur. et in §. pupillus, Institut. de inutil. stipulat. cap. continebatur, et ibi Glos. de desponsat. impub. Glos. in l. 1. D. de novation. Sed advertit, quia ista l. et l. 8. tit. 51. ead. Partit. et l. 17. tit. 14. et l. 10. tit. 7. ead. Partit. non faciunt differentiam inter masculum et fœminam in hoc; unde dicendum videtur, quod ista taxatio procedat tam in masculino, quam in fœmina, vel quod in fœmina relinquatur sub dispositione juris communis. Sed quocumque modo, limita istam legem, nisi in delictis atrociter puniendis, nam tunc non procedet ista regula, l. cum autem, §. 1. D. de ædil. edict. ubi bonus textus; et ille dicitur proximis puberati, qui distat ab ea per sex menses, secundum Bald. post Guilliel. de Cog. in l. excoipiuntur, D. ad Syllan. per textum ibi; Jas. in authent. sacramenta puberum, col. 5. et 6. C. si advers. vend. quæ limitatio procedet quoad punitionem atrocem, secus si ad leviozem, nam illa imponetur, ut subditur in ista lege: non ergo hodie attenta ista lege Partitarum relinquatur arbitrio iudicis, quis dicatur doli capax, prout voluit Salicet. in dict. l. impunitas, C. de pœnis, arg. mento l. 5. D. de testib. et l. mora, D. de usur. sunt enim secundum eum aliqui in breviori tempore subdoli, quam alii: et idem voluit Joann. de Anania in dict. cap. 1. de delict. pueror. ubi et refert Abb. idem voluisse in effectu in dict. cap. continebatur, de despons. impub. et quod relinqueretur hoc arbitrio iudicis. Tenet etiam Joan. Fab. in dict. §. pupillus, Institut. de inutil. stipul. dicens, quod ex maleficio et perspicacitate impuberis poterit iudex majus vel minus tempus interpretari; reperiantur enim quidam secundum eum majoris indolis et intellectus in decimo anno, quam alii in decimo quarto: vel fortè limitabis etiam istam legem, nisi et in ista ætate appareret, quod adhuc pupillus non esset doli capax, ex aliquibus arbitrio iudicis considerandis, et facit l. 9. ad fin. tit. 29. ead. Part.

(6) *Muy mas leve.* Adde l. auxilium, §. 1. versic. in delictis, et l. si ea causa, D. de minor. et dict. cap. 1. de delict. pueror. et Bald. in l. et si severior, col. 2. versic. ex prædictis, C. ex quibus caus. infam. irrog. et in l. administrantes, §. qui corporis, in fin. D. de excus. tutor. et vide l. 8. et quæ ibi dicam, tit. 51. infra ead. Partit.

(7) *De diez años e medio.* Concordat cum l. infans, D. ad leg. Cornel. de sicar. Quid autem si minor hujus ætatis esset doli capax, cum et infans possit esse doli capax, secundum Gloss. in cap. fin. de sent. excom. et quod infans doli capax possit puniri, vult Abb. in dict. cap. 1. de delict. pueror. et Hippolitus à Marsiliis in dict. l. infans, dicens hoc esse verum maximè istis modernis temporibus, nam defecerunt ætates, et illud, quod antiquitus sciebant et faciebant homines circa vitia et fallacias in quindecimo anno, faciunt nunc infantes in sexto vel septimo anno; et quod infantes modernis temporibus sunt iniqui, et vitii dediti; et quod hoc docet experientia rerum magistra. Cum tamen ista lex Partitarum jam hoc determinaverit, et taxaverit istas ætates in punitionem maleficiorum impuberum, durum est ab ejus taxatione et decisione discedere; non tamen videtur esse negandum, quin si ex qualitate maleficii, et perspicacitate impuberis, et doli capacitatis, iudici videtur impuberem talem esse puniendum, quod iudex possit, fortè in aliquo casu particulari, et mali exempli, cum ista materia sit præsumptiva, et lex ista statuatur hoc propter præsumptionem, quod minor hujus ætatis non sit doli capax.

(8) *Loco.* Adde l. 5. tit. 6. infra ead. Partit. et l. Divus, D. de offic. præsid. l. infans, D. ad leg. Cornel. de sicar. et Clement. 1. de homicid. et cap. aliquos, 15. quæst. 1. et vide in materia per Angel. Aretin. in tract. maleficiorum, in parte scienter et dolose, columno. 5. Et nota æquiparari hic stultum, furiosum, et mente captum in punitione delicti; et intelligit Alberic. in dict. l. Divus, in prorsus dementibus, in quibus non cadit dolus, nec culpa: et vide quæ notat Socinus consil. 47. in 5. volum. et adde l. fin. tit. 1. 1. Part. et ibi dixi.

(9) *Mientras que le durare la locura.* Adde Glos. in dict. Clement. 1. et in dubio, an præsumatur delictum factum tempore furoris, vel tempore sanæ mentis? Angelus Aretin. ubi suprâ, dicit, quod si probetur, quod aliquando fuit in furore, præsumitur, quod etiam tempore delicti fuit in furore, et sic non tenebitur, nisi probetur, quod tunc erat sanæ mentis, allegat notata in cap. fin. de succes. ab intestato, et per Bart. in l. 2. D. de honor. poss. infan. vel furios. delat. in fine, et Anch. in dict. Clem. 1. dicit singulariter notandum ad evadendum amicum: et ibi etiam tradit, an possit durante furore puniri de delicto commissio tempore sanæ mentis; vide ibi ejus adductores, et per Bald. in l. furiosum, C. qui testam. facere poss. sit

tamen iudex cautus ne simuletur furor, ut tradit Ang. ubi suprâ, et vide per Gloss. in cap. judicas, 5. quæst. 9. per Bald. in dict. l. furiosum.

(10) *Los parientes.* Adde l. Divus, D. de offic. præsid. committit enim lex custodiam conjunctis furiosi, et possunt eum ligare et carcerare; vide ibi etiam per Bald. et vide in authent. liberi, C. de episcop. audient. et in l. 5. tit. 7. Part. 6. et l. 8. tit. 9. infra ead. Part.

LEY X.—Por quales razones puede ser acusado el sieruo (a).

Haziendo el sieruo (b) tal yerro, por que, si otro ome libre lo ouiesse fecho, que le darian pena porende en el cuerpo, bien puede ser acusado (1), e su señor lo puede parar a derecho, o responder por el (2). Mas si fiziere otro yerro en que cayere en pena de pecho (3) tan solamente, estonce non le podrian acusar; porque el sieruo non ha ninguna cosa de que lo pudiesse pechar, ca todo lo que ha, es de su señor. Pero dezimos, que si el señor non quisiesse fazer emienda (c) por el (4), estonce pueden castigar el sieruo en el cuerpo, dandole feridas, de manera que lo non lisen (5), nin lo maten; porque dende en adelante non sea atreuido de fazer otro yerro (d).

(a) L. 1, tit. 4, lib. 6 del F. J.

(b) Respecto á la esclavitud puede verse nuestra nota 1.ª á la L. 6, tit. 4, P. 6; y por lo que allí decimos esta L. 10 tiene poquisima aplicacion.

(c) El daño causado por el esclavo debe resarcirlo el señor ó el mismo esclavo con su trabajo, y no juzgamos que el señor pueda solo por su voluntad excusarse de esta obligacion.

(d) No se conoce ya la pena de azotes, no solamente por haber caido en desuso, sino tambien porque no se halla entre las que establece el Código penal de 1848, que es el vigente.

LEX X.—Servus potest ex delicto, ex quo pœna apponitur corporalis, accusari; et est à domino defendendus: de pecuniaria autem pœna nequaquam, quia nihil habet: si tamen dominus nolit pro eo emendare, citra membri lesionem castigabitur servus. Hoc dicit.

(1) *Bien puede ser acusado.* Concordat cum l. hos accusare, §. omnibus, et l. servos, D. eod. et l. sciendum, D. de public. judic. pœna ergo mortis naturalis vel corporis afflictiva cadit in servum, ut hic videt, et in dict. §. omnibus. Item pœna deportationis, ut tradit Bartolus ibi, et damnationis in metallum; pœna tamen amissionis civitatis non cadit in eum, quia civitatem non habet; nec pœna amissionis familie, quia non habet agnationem vel cognationem, ut Institut. de servil. cognat. Quid autem in monacho, an in hoc regulatur ad instar servi, et an habeat legitimam personam ad se defendendum in criminali causa? Vide per Specul. tit. de reo, §. 1. col. penult. versic. sed an monachus, cum ibi additis per additionatores.

(2) *Responder por el.* Concordat cum l. servus, et l. sciendum, D. de public. judic. et D. de accusat. l. si servum, et D. de appel. l. Lucius, et sicut potest defendi servus per dominum, sic et per procuratorem domini, ut in dict. l. servus, et in l. servum quoque, §. publicè, D. de procurator. et licet dominus eum nolit defendere, non videtur ex hoc eum habere pro derelicto, ut in dict. l. sciendum; et ista defensio domini fiet, non procuratorio nomine servi, sed nomine proprio, assistendo causæ pro proprio interesse, Gloss. in l. 1. D. an per alium causæ appell. reddi possunt, vide per Gloss. et Salicet. in dict. l. 2. ubi Salicetus concludit, quod dominus servi sit citandus, et quod aliàs ei ignoranti non præjudicaretur; et dominus ratione sui interesse poterit simul cum servo se defendente, intentionibus adversarii respondere, et pro eo competentes allegationes afferre, et dicitur defensor sui interesse principaliter; et si dominus citatus nollet servum defendere, sed iudicio fortunæ eum relinquere, vel etiam fateretur servum deliquisse, non præjudicaret servo, quominus possit se defendere, l. et si non defendantur, D. de pœnis; potest namque servus stare in iudicio in criminali,

T. IV.

ut in l. si criminis, C. ad leg. Jul. de vi publicè contra, si servus nollet se defendere, dominus posset eum defendere, quantumcumque absentem à iudicio, et hoc necdum in principio iudicii, sed etiam si postea servus desisteret, posset dominus, ut particeps causæ propter suum interesse probationes afferre, et alia facere pro victoria causæ necessaria; vide ibi per eum latius, et per Bald. in l. reos, col. 3. C. eod. ubi, et an pater admittatur ad defensionem filii, vel Abb. pro suo monacho; et adde Joan. de Imol. in l. penult. §. ad crimen, 14. col. vers. item extra gloss.

(3) *De pecho.* Quia pœna pecuniaria non cadit in servum, si habeatur respectus ad quotam honorum, quia ipse bona non habet, sive habeatur respectus ad pœnam pecuniariam in genere, ut voluit Gloss. in dict. §. omnibus, in verbo quibus; et illa glossa communiter fuit approbata usque ad tempora Bartoli secundum Salicet. in l. 2. C. eod. contrarium tamen voluit Bart. in dict. §. omnibus, l. hos accusare, D. eod. dicens, quod non videtur, quare servus non possit pecuniariter condemnari. Angelus tamen in dict. §. omnibus, tenet contra Bart. et Salicet. etiam in dict. l. 2. et ista opinio communis contra Bartolum approbatur videtur hic: quam et tenuit Bartolus, sibi contrarius in l. 1. in princ. D. si famul. furt. fecisse dicatur.

(4) *Emienda por el.* Vota istud verbum, quod non reperitur in dict. §. omnibus, in fin. de quo ista lex sumpta est, cum tantum ibi habeatur, sed durior ei pœna extra ordinem imminet. Azo. etiam C. eod. in summa, col. 2. dicit hæc verba; in hac tamen lege, et omnibus supradictis, quibus accusari servum non posse diximus, accusatio servi erit recipienda, ut duriozem patiatur pœnam corporalem; et licet effugiat unam, non tamen alteram: patet ergo ex ista lege, quod poterit dominus, si vult, ad evitandum pœnam corporalem servi, solvere pro eo pœnam pecuniariam, quod et erat de jure communi dicendum, per l. lege Agraria, D. de termin. mol. juncta l. item veniunt, §. item rectè, D. de petit. hæred. et tenet Alexand. in addition. ad Bart. in dict. §. omnibus.

(5) *De manera que lo non lisen.* Nota etiam hoc verbum, quia declarat dictum §. omnibus, in fine, ubi Glossa dicebat istam pœnam imponendam arbitrio iudicantis.

LEY XI.—De quales yerros pueden ser acusados los Oficiales del Rey, mientras estuieren en sus officios, e de quales non.

Los Oficiales que han poderio del Rey de fazer justicia de los omes, condenandolos a muerte (1), o a perdimiento de miembro (a), por los yerros que fazen (2), non pueden ser acusados de otro, mientras durare su officio (3); fueras ende, si alguno dellos fiziesse tuerto, o yerro, contra aquellos que ouiesse de juzgar. Ca, si tal yerro fiziesse, o por razon de su officio (4) agraviasse alguno, bien lo podrian acusar; e si es de otro yerro que ouiesse fecho, non le podrian acusar, fasta que dexasse aquel officio (5) que tenia (b). Esto es, porque los omes que officio tienen, maguer fagan derecho, non puede ser que non ganen malquerientes; e porende, si los pudiessen acusar, enuilecerse ya por y el lugar que tienen, e tantos serian los acusadores, que non podrian cumplir en su officio, lo que eran tenudos de fazer (c). Pero, como quier que non pueden ser acusados (d), si omes buenos se querellaren al Rey de alguno dellos, que fiziessem yerros, o malfetrias; estonce el Rey de su officio (6) deue pesquerir, e saber la verdad, si es assi como querellassen; e si lo fallasse en verdad, deue gelo vedar, e escarmentar, segun entenderie que deue fazer derecho (e).

(a) Ha mucho tiempo que cayeron en desuso las penas de perdimiento de miembro, que mas bien eran actas de crueldad que de justicia; ni se conocen tales penas en el Código penal de 1848.

(b) Hoy pueden los jueces ser acusados no solo por delitos

cometidos en el ejercicio de sus funciones, sino tambien por delitos comunes. Véase los artículos 46, 59 y 73 del Reglamento provisional para la administracion de justicia de 26 de setiembre de 1335.

(c) Es de inferir que cuando se hizo esta ley se hallaba muy poco asegurada la recta administracion de justicia.

(d) Repetimos la nota 2.^a a esta misma ley.

(e) El Rey no puede actualmente administrar justicia, sobre lo cual puede verse nuestra nota 2.^a a la L. 37, tit. 18, P. 3; y ademas debe tenerse presente el art. 69 de nuestra Constitucion política de 1845: «Ningun magistrado ó juez podrá ser depuesto de su destino temporal ó perpetuo, sino por sentencia ejecutoriada; ni suspendido sino por auto judicial, ó en virtud de órden del Rey, cuando este, con motivos fundados, le mande juzgar por el tribunal competente.» «Los jueces son responsables personalmente de toda infraccion de ley que cometan» segun está expreso en el art. 70 de la misma Constitucion.

LEX XI.—Officialis habens potestatem condemnandi ad mortem, vel ad membri mutilationem, non potest durante administratione, nisi de crimine, ratione officii commissio, accusari; sed Rex ad querelam honorum hominum potest contra eum inquirere, et eum pro modo commissi castigare. Hoc dicit.

(1) *A muerte.* Ex hoc declara turquí dicantur illi majores magistratus, qui non possunt accusari: et adde l. 2. et quæ ibi dixi, supra eod. minores vero possunt etiam durante officio accusari, ut hic innotuit, et habetur in l. neque magistratibus, D. de injur.

(2) *Por los yerros, que fazen.* Sive ergo accusetur de criminibus ante officium commissis, sive post, procedet dispositio hujus legis, et adde l. si adulterium cum incestu, §. fin. D. ad leg. Jul. de adult. cum glossa ibi, et l. hos accusare, in princ. D. de accusat. et l. Senatusconsulto, D. de offic. presid. ubi vide Alberic. in fin. hoc volentem: à non subditis tamen potest conveniri in loco domicilii, si sit causa, quæ possit per procuratorem agitari, glossa 1. in l. si præsens, C. de Episcop. audient. Alberic. in dict. l. Senatusconsulto, col. penult. loquitur tamen in causa civili; et fortè in criminali hoc etiam procederet, si causa esset talis, quæ agitari posset per procuratorem, quia non repugnant rationes in hac lege positæ.

(3) *Mientras durare su officio.* Ex hoc videtur, quod ista lex non procedet in officiali perpetuo, poterit namque ille accusari durante officio, ut dixi supra eod. in l. 2. in gloss. super parte el Alcalde, Gloss. in cap. jubemus, 1. quæst. 1. et tenet etiam Bald. in l. jubemus, C. ad leg. Jul. repetund. Bart. in l. de pupillo, §. si quis ipsi Prætori, D. de novi oper. enuntiat. ubi et de positis ab beneplacitum.

(4) *Por razon de su officio.* Conveniuntur enim et accusantur, si delinquant in officio, ut hic, et in l. jubemus, C. ad leg. Jul. repetund. et vide ibi Salic. et Angel. et possent etiam accusari, ubi essent in pœna remotionis ab officio; vide per Bald. in verbo credentias, de pace Constant. unde convenitur de furtis durante officio, et barataris commisisis, ut in authent. ut iudices sine quoquo suffragio, cap. illud, in princ. et ubi opprimit subjectos, vide per Glos. in authent. ut differentes iudices, col. 9. in gloss. super parte eum qui, et per Alberic. in dict. l. Senatusconsulto, ad fin. Dicit etiam Azon. C. ut omnes iudices, tam civil. quam milit. in summa, quod accusabitur, si furtum dicatur fecisse, vel dignitatem per pecuniam accepisse, vel ex dignitate pecuniam accepisse, vel habuisse, vel si damnus, vel calumniis subdat collatores: et dicit Joan. de Plat. in l. pen. C. de annon. et tribut. lib. 10. quod majores iudices propter enormia delicta in officio commissæ removeri possunt, non propter levia, et minores culpas; sed expectatur tunc tempus syndicus, l. 1. C. ut omnes iudic. tam civil. quam milit. et in authent. ut iudices sine quoquo suffragio, cap. necessitatem, et cap. 10. §. oportet.

(5) *Dezasse aquel officio.* Convenitur tamen, si actio esset tempore peritura, ut lis contestetur, ut in dict. l. Senatusconsulto, et ibi Alberic. et Salic. in dict. l. jubemus. Item et cavebit de respondendo finito officio, ut in dict. l. si adulterium, §. fin. et vide per Abb. in cap. legebatur, de major. et obed.

(6) *El Rey de su officio.* Adde cap. 8. si quis autem, in authent. ut iudices sine quoquo suffragio, column. 2. cum glos. ibi.

LEY XII.—Como, aquel que es quito una vez, por juyzio acabado, del yerro que fizo, non lo pueden acusar despues (a).

Quito (1) seyendo algund ome, por sentencia valedera (2), de algun yerro sobre que le ouiesse acusado (3), dende adelante non lo podria acusar otro ninguno sobre aquel yerro (4); fueras ende, si prouassen contra el, que se fiziera el mesmo acusar engañosamente, sacando algunas pruevas (5) que non supiesse el fecho, porque lo diessen por quito del yerro, o del mal que mesmo se fizo acusar. E esso mismo seria, si prouasse que otro alguno le ouiesse acusado engañosamente, con intencion de lo librar del yerro que ouiesse fecho. Ca estonce, si fuesse prouado, bien lo podrian acusar otra vegada de aquel yerro, que assi fuesse quito. Otrosi dezimos, que si algun ome acusasse a otro sobre muerte de otro ome, que non fuesse su pariente, e respondiere el acusado a la acusacion, e fuesse quito della por juyzio; dende en adelante non podrian acusar ninguno de los parientes del muerto, por razon de aquel yerro de que fue ya quito por sentencia; fueras ende, si el pariente que quiesse acusar otra vegada, jurasse que lo non supiera (6) (b) quando lo acusara el otro extraño. Ca estonce, jurandolo assi (7), tenudo seria de responder otra vez a la acusacion, que fiziesse del.

(a) LL. 10 y 13, tit. 20, lib. 4 del F. R.

(b) Atencion á la glosa, que advierte que contra este juramento se admite prueba en contrario.

LEX XII.—Absolutus per sententiam validam ab accusatione, non potest de eodem crimine denuo accusari, nisi probetur, quid mali-tiosè, ob quod fuit absolutus, fecisse; vel a reusatore causa eripiendi eum accusare: nec accusatus ab extraneo absolutus potest à consanguineo mortui iterum accusari, nisi juret extranei accusationem ignorasse. Hoc dicit.

(1) *Quito.* Concordat cum l. si cui, §. D. de accusat. et l. si quis homicidii, C. eod. et cap. de his, eod. tit. 1. 20. tit. 23. Partit. Quid autem in absoluto per baptismum? Joan. de Anania in dict. cap. de his, dicit, quod communis opinio est, quod per Baptismum tollatur omnis pœna spiritalis, non autem temporalis: et sic videtur, quod pro homicidio et similibus possit accusari; refert tamen ibi Joan. de Imol. dicentem, quod alia opinio videtur æquior, quod etiam pœna temporalis tollatur per id, quod notat Glos. in cap. sine poenitentia, de consecr. dist. 4. Quid autem si reus non fuit absolutus, sed condemnatus? Dic, quod tunc etiam erit idem, quia de delicto unius hominis sæpius quæri non debet, l. licet, D. navit. caup. stabul. l. sepulchri, D. de sepulc. viol. Gloss. in l. quid de crimine, C. de accusat. et intellige, quando fuit condemnatus, et solvit, ut in dict. l. sepulchri, et tradit Alex. consil. 41. Quid autem si fuit contumax, et in contumacia condemnatus? Vide per Bart. in dict. l. sepulchri. Et si quis commissit delictum Bononiæ, et ibi est punitus pœna pecuniaria, non poterit conveniri ad pœnam corporalem vel pecuniariam in loco originis, secundum Bald. post Jacob. Butri. in l. et si severior, colum. 4. C. de his qui not. infam. Et quid si non fuit quis sufficienter punitus? Vide textum, et ibi Bald. in l. 2. C. de sportul. et in l. nullum, C. de testib. vers. sed quærit Glossa, et in vers. sed an punitio: et vide cap. felicitis, §. per hoc, de pœnis, lib. 6. per Abb. in cap. de causis, penult. col. de offic. delegat. et in cap. 1. ad fin. de offic. ordinar.

(2) *Por sentencia valedera.* Super principali latam; non enim idem esset, si esset absolutoria ab observatione iudicii, ut in cap. Men-nam, 2. quæst. 3. Ang. in dict. l. si cui, §. 1. Quid autem si quis delato sacramento se purgavit, an sic absolutus poterit ab alio accusari? Salic. in dict. l. si quis homicidii, dicit, quod non, quia absolutio non tam vires capit à juramento, quam ab innocentia præsumpta ex eo, quia de crimine non erat probatum, et si reus erat absolvens etiam absque juramento: adverte tamen, quod licet quis se jura-

mento purgaverit, si tamen est valdè diffamatus vel suspectus, poterit ei per iudicem imponi aliqua temporalis pœna, et sic non est absolvens de necessitate tali casu, licet se compurgaverit; ita dicit, eleganter Cardin. in Clement. l. de usar. in fin. allegat cap. inter sollicitudines, de purgat. canon. et cap. litteras, de præsumption. quæ licet loquantur in crimine hæresis, potest idem dici in alio crimine gravi. Sed quid si absolutio non fiat per viam sententiæ, sed per viam dispensationis? Dic, quod idem est dicendum, secundum Gloss. in dict. cap. de his, quam Doctores communiter sequuntur; et idem tenet Glossa per illum textum in cap. ex tua, in verbo irritari, de fl. præ-byt. et in cap. penult. de temp. ordin. et in cap. 2. in gloss. l. de schismat. et procedat quando dispensatio fieret in utroque foro, nam si in foro poenitentiali non tolleret, quominus in foro judiciali accusari possit, Gloss. in dict. cap. de his, et in cap. admonere, 35. quæst. 2. in verbo poenitentia, Decius consil. 137. nisi cum fuit absolutus imponeretur poenitentia publica, quia tunc illa videtur succedere loco pœnæ contensiosæ, secundum Anton. in dict. cap. de his, vide per Hostiens. et Abb. in cap. tua, de procurator.

(3) *Sobre que lo ouiesse acusado.* Idem, si per viam inquisitionis fuisset absolutus, quia et habebit locum distinctio hujus legis, et dictæ l. si cui, §. 1. secundum Bart. et Angel. ibi: et idem tenet Cynus, et Salic. in dict. l. si quis homicidii, C. eod. Baldus tamen in l. si vacantia, col. 1. C. de bon. vacant. lib. 40 per illum textum dicit, quod non valet inquisitio, si offensus vel damnum passus non citetur; et ibi etiam tenet Angelus allegans Joan. Andr. licet dicat, quod contrarium tenet Speculator tit. de inquisitione, §. viso igitur, vers. sed pone; subdit tamen Angelus, quod hæc consuetudo non servatur, nisi Florentiæ: et idem, quod iudex ante inquisitionem debeat præfigere terminum accusare volentibus, dicit glossa notabilis in cap. præbyter, si à plebe, 2. quæst. 4. et idem voluit Bald. allegans dictam glossam pro multum notabili, in l. senatus, C. qui accus. non poss. et idem Bald. in l. quamvis, C. de adult. et idem tenet Hyppolit. à Marsiliis singul. 303. incipit, iudex malefactorum. Adverte tamen, quia licet hæc sit bona practica, tamen Bartolus, et alii. quos superior citavi, dicentes quod dictus §. 1. l. si cui, procedit etiam in absoluto per inquisitionem, videntur velle, quod non requiratur ad valorem inquisitionis talis citatio; imò quod offensus, seu proprium dolorem prosequens, si postea veniat ad accusandum, teneatur docere saltim suo juramento, quod ignoravit inquisitionem fieri, prout et in accusatione, hic, et in dict. §. 1. dicitur; et istud videtur etiam de mente Angel. Aret. in tract. malefic. in parte et caput ab scapulis, col. 1. Unde licet dicta practica sit bona, et servanda, si tamen non servaretur de facto, non videtur, quod vitaretur processus inquisitionis: adde etiam, quod et procedet ista lex, etsi iudex, qui absolvit, processit per viam denuntiationis, secundum Bart. in l. Divus, la 2. vers. ulterius quæro, D. de custod. reor. Quid autem si cognitum fuit de crimine per modum exceptionis? Vide Bart. in dict. l. si cui, §. 1.

(4) *Sobre aquel yerro.* Vide in dict. l. si quis homicidii, C. eod. Et quid si ommissa fuit aliqua qualitas delicti in prima accusatione, vide per Bart. in l. Senatus, D. eod. et per Bald. in l. et si severior, col. 4. C. de his qui notant. infam. per Salic. in l. qui de crimine. C. de accusat.

(5) *Algunas pruevas.* Adde dict. l. 20. tit. 22. 3. Partit. et l. prævaricationis, D. de prævaricat. et dict. l. si cui, §. 1. et obijcietur de collusionis, seu prævaricationis per modum replicationis, vel accusationis; vide Angel. et Salic. in dict. l. si quis homicidii, et in dict. §. 1. et per Bart. in dict. l. prævaricationis.

(6) *Que lo non supiera.* Approbatur opinio Glossæ in dict. l. si cui, §. 1. quod ignorantia primæ accusationis probetur per juramentum: bene tamen admittetur probatio in contrarium, scilicet quod scivit; et quomodo hoc probetur, vide per Bartolum ibi.

(7) *Jurandolo assi.* Vides ergo, quod isto casu non requiritur ulterius, quod doceat de prævaricatione primi accusatoris, prout et Doctores volunt communiter in dict. l. si cui.

LEY XIII.— Como quando muchos quieren acusar a vno de algun yerro, el Juez deue escoger el vno dellos, que faga la acusacion.

Allegandose muchos omes (1) en vno delante del Judgador para acusar a vn ome solo, de vn yerro que dixessen que ouiesse fecho, non deue el Judgador rece-

bir la acusacion de todos (2), nin el acusado non es tenuto de responder a ella. E porende deue el Juez catar, e escoger el vno dellos, el que entendiere que se mueve con mejor intencion (3), que faga la acusacion; e estonce, al acusamiento de aquel deue responder el acusado. Pero si a este acusador sobredicho lo quisiesse otros (4) acusar sobre otro yerro (5), mientra que anduiesse esta acusacion, Lien lo podria fazer. Mas el Judgador deue guardar, que en el tiempo que el acusado ouiere de responder a la primera (6) demanda de acusacion, que lo non apremie que responda a la que fue fecha despues.

LEX XIII.— Si reus compareat, et plures sint accusatores simul, non tenetur respondere; sed eligat iudex unum ex his, qui meliori intentione moveatur, cui respondeat accusatus; et ea accusatione pendente potest accusari de aliis criminibus, sed non respondebit posteriori, tempore quo responsurus est priori. Hoc dicit.

(1) *Muchos omes.* Concordat cum l. si plures, D. eod. et dict. l. 2. §. fin. D. ad leg. Jul. de adult. et l. fin. D. de collus. deleg.

(2) *De todos.* Rationem ponit Bald. in l. Senatus, C. qui accus. non poss. quia si admitteret iudex plures accusatores, posset unus probare, alius in probatione deficere, et iudex poneretur in perplexitate; item posset unus confiteri, alius negare. Et adverte, quod si plures quorum intersit ratione officii, veluti plures tutores vel curatores, veniant simul accusantes eodem libello, bene admittuntur, quia ratione unius officii habentur loco unius, et probatio unius patrocinatur alteri; et sic isto casu non procedit ista lex, cum plurium interest ratione officii, l. senatus, et ibi Bald. et Salic. C. qui accus. non poss. si verò velit accusare diversis libellis, et tunc iudex eligit idoneorem, quando plures tutores, vel alii, quorum intersit ratione officii, simul veniant; et non admittentur omnes, quando accusant simul coram eodem iudice, Bald. et Salic. in dict. l. senatus, et Salic. in l. si accusatoribus, C. de accusat. Si vero plurium simul accusantium intersit ratione communis injuriæ, ut si essent plures filii unius patris occisi, omnes simul admitterentur, quia cujuslibet interest principaliter, l. 1. §. si plures, D. de sepulc. viol. Bald. in dict. l. si plures, et Salic. in dict. l. si accusatoribus, Angelus Aret. in tract. malefic. in parte necnon ad querelam, col. 18. Si vero plurium non intersit ratione officii, vel communis injuriæ, tunc procedit dispositio hujus legis, et dictæ l. si plures, quia tunc nullus principaliter interest, et ideo nec poterunt diversis libellis, nec eodem simul accusare, ne reus in plures adversarios distingatur, D. de exercitor. l. ne in plures, et ne de delicto ejusdem hominis sæpius quærat, l. licet, §. fin. D. navit. caup. stab. Sed quid si veniant plures accusatores simul, sed unus accuset coram uno iudice, alius verò coram alio? Bald. in dict. l. senatus, dicit, quod tunc fortè reus potest eligere iudicem, si sunt pares, argumento l. si quis in gravi, §. si cum omnes, D. ad Sillan. sed si unus esset major altero, debet comparere coram eo, qui majori præest tribunal, ut notatur in l. 2. §. fin. D. de custod. reor. vide ibi latius per eum; et erit necessarium, quod reus accusatus opponat de exceptione ista pluralitatis accusatorum, ut in dict. l. si accusatoribus, et ibi notat Gloss. et Bald. et Salic. licet ista lex Partitarum contrarium innuat, cum dicit. non deue el Judgador recebir, etc. sed intellige si opponatur à parte. Posset etiam dici, quod iudex posset non recipere; si tamen recipiat, et non opponatur à parte, tenebit processus ob id, et quia dilatoria est hæc exceptio; quando verò plures accusatores non veniunt simul, sed unus post alium, vide l. qui de crimine, et ibi Gloss. et Doctor. C. de accusationibus.

(3) *Con mejor intencion.* Et si unus ponit magis omnes circumstantias maleficii, quam alius, erit juxta causa magis admittendi istum, quam alium, l. 1. §. fin. cum l. sequenti, D. ad leg. Jul. de adult. Bart. in dict. l. si plures, ad fin. et dicit Bart. in dict. §. fin. quod si propinquor accusat occisores simpliciter, alius accusat eos qualitate adjecta, per quam acrius puniuntur, quod tunc potest iudex ulterio-rem præferre propinquiori, si appareat iudici illam qualitatem esse veram: et nota quod electo uno ex accusatoribus, ut hic, cæteri, qui sunt repulsi, non poterunt esse in illa causa testes, secundum Gloss. 2. quæst. 1. in cap. in primis, super parte accusatores.